

Mythologia, Venise, 1567 - IX, 15 : De Mida

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[132\] : De Mida](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IX

[Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 15 : De Mida](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IX

[Mythologie, Paris, 1627 - IX, 16 : De Mydas](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IX

[Mythologie, Lyon, 1612 - IX, 15 : De Midas](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - IX, 15 : De Mida, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 05/12/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/952>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ),

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 284r°-285r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Midas](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Quod missus ad Europam quærendam cadmus draconem ad fontem Dirce-
 occidisset, illud quidem fabulosum esse dixerunt; sed latronem ab ipso Cad-
 mo cæsum, qui peregrinis in iis locis insidiaretur, & iam nonnullos è Cadmi
 sociis ceciderat. Dicitur eîus draconis dentes seminasse, cum asselia & so-
 cii illius latronis duce cæso dissipati sint. Nihil autem horum factum est si-
 ne Mineræ consilio, quia cum omnibus in rebus, tum in militaribus præci-
 pue necessaria est hominis prudentia, & Dei optimi auxiliû. Quod autem
 lapidem inter natos homines armatos iecerit, quare inter illos bellum exor-
 tum est; futuras contentiones Thebanorum significat, post thebarum nec-
 nia ædificata: nam eius virbis imperium magnum bellum inter Thebanos
 postea excitauit. Harmonia dicta est Veneris & Martis filia, quoniam vis mu-
 sicæ non solum erigit animos iacentes, & calamitatum miseriærumque hu-
 manarum cumulis oppressos, suauitateque quadam perfundit, sed etiam ad
 bellum viriles animos inflamat, cum musica multe nationes ante bellum vsq;
 sint, atque nunc etiam nonnullus est vsus musicorum instrumentorum, qui-
 bus milites ad prælium incitentur. Hæc causa fuit cur his parentibus Har-
 monia nata dicatur. Qui Electræ & Iouis filiam crediderunt; Harmoniam
 esse putarunt eam, quam Pythagorici in moribus spherarum, corporumque
 cœlestium fieri crediderunt. quod autem ad mores pertinet, significabât an-
 tiqui, dñi sumus in hac miserrima vita oîum laborû ac molestiarû plenissi-
 ma, fortitudine & prudẽtia vti oportere, q; omnium humanarum actionum
 statutus est finis, neq; vnquã Deus viris bonis & fortibus solet deesse, cū se-
 nem Cadmum & Harmoniam Iupiter post omnes molestias ad Elysios cam-
 pos demiserit. At nunc de Mida dicamus.

10

20

De Mida.

Cap. XV.

FVit autem Midas Phrygiæ Rex Gordiæ filius, qui omnium Regum suæ
 tempestatis fuit diuissimus. Fabulantur ad hunc aliquando Silenû Bac-
 chi comitem captiuium ob ebrietatem, cum iter facere cum Baccho nõ
 potuisset, adductum fuisse; quem ille perhumaniter tractauit. Tum Bacchus
 ad eum requirendum reuersus cognita Midæ liberalitate & humanitate ab
 incolis eius regionis, ipse etiam hospes ad Midam proficiscitur, a quo perbe-
 nigne acceptus illi proposuit vt quidquid optaret, expeteret, quod esset sta-
 tim voti compos futurus. At Midas pro dementia, quæ sollicitat animos mor-
 talium, summam felicitatem ratus in multis possidendis, expetiuit vt quid-
 quid contingeret continuo aurum fieret: quam fabulam explicauit Ouid.
 libro vndecimo Metamorph. Cum postea cibaria etiam, quibus vesceretur,
 contacta repente fierent aurea, penitentia captus est suæ petitionis; atq; nisi
 Deus fuisset illi benignus ea molestia subleuado, omnino inedia mori neces-
 se fuisset. Orauit igitur eundem Deum cum satis aptas pœnas suæ stultitiæ
 ac temeritatis dedisset, vt hoc manus auferret. Tum vero Bacchus respondit
 illud futurum si se in Pactolo flumine lauisset; quare locus ibi illa molestia
 liberatus est: ac fluius ex illo tempore aureis arenis fluere cepit, quod ita
 testatur Ouidius;

30

40

Rex iussu succedit aquæ, vis aurea tinxit
 Flument & humano de corpore celsit in annem.
 Nunc quoq; iam veteris percepto semine venæ

Atua

Mythologia

- Arua rigent auro madidis pallentia glebis.
 Ille perosus opes sylvasq; & rura colebat,
 Panaq; montanis habitantem semper in antris.
 Eo igitur morbo liberatus Midas cum se rus contulisset, sylvasque semper
 ferè ab hominum frequentia longinquas incoleret, iudex & ipse & Tmolus
 mons inter Phœbum & Pana pastorum Deum de arte musica cōtendentes de-
 lectus est. Eius certaminis Tmolus Phœbum victorem, at Midas Pana suo iu-
 dicio pronuntiavit, quare indignatus Phœbus aures asini midæ, ut qui de ar-
 te musica iudicare non nosset, adhibuit, cum rudis homo planè parum iudi-
 cio valeret, & tamen iudicare non detrectasset. Id autem ita explicavit Ovi.
- Pana iubet Tmolus citharæ summittere cannas.
 Iudicium, sanctiq; placet sententia montis
 Omnibus; arguitur tamen, atque iniusta vocatur
 Vnius sermone Midæ. Nec Delius aures
 Humanas patitur stolidas retinere figuram.
 Sed trahit in spatium, villisq; albensibus implet.
 Instabilesq; illas facit, & dat posse moveri.
 Cætera sunt hominis, partem damnatur in vnam,
 Induiritq; aures tardè gradientis aselli.
- Ita verò scitè illas occultabat Midas, ut nemo præter tonsorem rem cogno-
 sceret. Sed cum id tonsor tacere nō posset terram effodit, ac foueam ingres-
 sus perennū voce ita submurmuravit; aurículas asini Midas Rex habet. Tū
 fossa illa rursus terra repleta discessit, ibique cannas deinde natas esse fa-
 bulati sunt, quæ ita sibilum edentes murmurabāt; aurículas asini Midas Rex
 habet. Atque tot de Mida fabulosè fuerunt ab antiquis memoriæ tradita.
 Ego sanè crediderim avarissimum, & opulentissimum omnium suæ tempe-
 statis fuisse Midam, qui ut multas pecunias cumlaret, cibis etiam parcissime
 frueretur, omniaque propè necessaria victui venderet, & in aurum conver-
 teret. Cum verò aliis in rebus esset planè rudis, neque à belluis eius iudi-
 cium differret, fabulati sunt illum aures asini habuisse. alii contra quod acu-
 tissime audiret istud fictum fuisse arbitrantur, quod asinus illum sensum om-
 nium propè animalium habeat acutissimum. Alii fictum putarunt, quia mul-
 tos haberet exploratores. Alii dicunt, inter quos fuit Callisthenes in naui-
 gatione, & Hecætrus de Hyperboreis, duos colles fuisse in Phrygia, qui au-
 res asini vocarentur, super quibus munitissima oppida condita fuerunt, &
 quibus latrones complures viatores & peregrinos adoriebantur. His locis cū
 arma Midas intulisset, ac oppidis per vim positus fuisset obtruncatis eorum
 locorum latronibus, dictus est fabulosè aures asini habere. Alii voluerunt
 illum, quia Liberum patrē sefellisset, in asinum fuisse mutatum, sed cum re-
 cuperasset pristinam formam, aures tamen non deposuisset. Alii quia Diony-
 sii asinos ac iumenta iniuriis affecerit ab irato Deo illi asini aures fuisse in-
 iunctas maluerunt. Alii aures asini datas Midæ a Deo fuisse idcirco putarūt,
 quia omnes arrogantes damnantur ignorantia; qui n. se scire omnia vel que
 nescit, arbitratur; is parum idoneus efficitur ad scientiam. Quod si quis di-
 ligenter hæc animaduerat, id profectò intelliget, antiquos per hæc ad hu-
 manitatem & liberalitatem homines adhortari solitos, cum Deus sibi gra-
 tissimam esse in hospites benignitatem ostenderit. idem postea nos à perē-
 dis rebus certis à Deo deterruerunt, cum plerūq; perniciose es petamus; qua-
 re quod

re quodd nobis conferat & Dlis poscendum est, illiq; relinquenda rerum onus
nium optio. Deinde singulorum vires metiri oportere docuerunt; neque iu-
dicanda sunt illa, quæ non recte nouimus, cū temeraria iudicia Dei vindic-
tam in se iritent. Nam qui per inſcitiam aut fraudem alterius opes aut di-
gnitatem alteri adiudicauerit, ille priori domino, cui rapuit, restituere iure
æquitatis debet. Quod verò nullum scelus, nullumq; iniquum iudicium diu
latere potest, declarauit tonſoris ſermo ſilentio proximus: omnia .n. turpia
in lucem tempus ſolet proferre. At nunc de Narcifſo dicamus.

De Narcifſo.

Cap. XVI.

10

Narcifſus autem, quem fabulæ in ſtorem ſui nominis mutatum fuiſſe in-
quunt, dicitur fuiſſe amnis Cephifſi & Nymphæ Lyriopes filius, vt
pater apud Ouid. lib. 3. Metamorph.

Prima fide, vocisq; ratæ tentamina ſumpſit
Cæſula Lyriope; quam quondam flumine curuo
Implicuit, clauſæq; ſuis Ceph. ſus in vndis
Vim tulit. enixa eſt vtero pulcherrima pleno
Infantem nympe, iam tum qui poſſet amari:
Narcifſumq; vocat. de quo conſultus an eſſet
Tempora maturæ viſurus longa ſenectæ,
Fatidicus vates, ſi ſe non nouerit, inquit.

20

Echo autem capta eius amore illum diu inſecuta eſt: ſed cum amoris impa-
tiens contabuifſet, in ſolam vocem denique conuertitur. fabulantur hunc,
vbi iam excreuiſſet, corporisq; formâ in dies cum tenerioribus annis augeſce-
ret, ad fontem quendam puriſſimum labore venationis & æſtu aliquando fa-
tigatum deueniſſe; qui cum ſe ad fontem bibiturus in genua deſlexiſſet ma-
nibus in ora fontis firmatis, nondum labris ad aquam fontis admotis ſuam
imaginem in fonte deſpexit: erat enim eius fontis aqua lymphid ſiſima, quæ
fundum habebat ſubnigrum. Tum Narcifſus amore ac deſiderio ſuæ imagi-
nis ita captus eſt, vt cum nullam potiundæ talis formæ ſibi ſpem reliquâ eſſe
intelligeret, ſui ipſius deſiderio tandem paulatim contabuerit, ac Deorum
miſericordiâ denique in ſtorem ſui nominis fuerit conuerſus. Dictus fuit au-
tem Narcifſus *δωρὸν ἑαυτοῦ* a torpendo ſcilicet, quia ob id deſiderium tor-
puerit. Is ſos Eumenidibus fuit poſtea conſecratus, è quo deabus illis ſa-
crificantes colonis vtebantur, vcalc. Iſter in libro de Coronis. Scriptum
reliquit Phanodemus lib. 5. rerum Atticarum coronas è Narcifſo conſecra-
tas fuiſſe Proſerpinae, quoniam ſtorem illum colligeret cum rapta fuiſſet à Plu-
tone. Memoria prodidit Pauſanias in Exoticis in ſinibus Theſpienſium vi-
cum Hedonacum fuiſſe, & in eo fontem Narcifſum vocatum, in quo ſe Nar-
cifſus vt fama eſt, inſpexit. Scripſit Euanthes in fabuloſis ſororem illi ge-
miſſam fuiſſe cum oris forma, tum coma, & veſtitu, & omni corporis partē
ſimilem. Hæ cum ſimul vanaerentur ſerunt ſororem à puero amatam, qua mor-
tua ille deſiderii impatiens dicitur ad fontem venire ſolitus, vt eius imagi-
nem ibi intueretur. Sed cum id ſolatium non leue videretur, denique ma-
gnitudine deſiderii deperit: vel vt aliis magis placuit, ſe in fontem deieci-
it ac periit, ad quem ambo ſolebant conuenire. Ac vt id hæc falſa eſſe, &
ad Narcifſi gratiam ficta reſtator Pauſanias, qui multis annis ante Narcifſi

30

40

Cccc tempora